

## Ovid, *Metamorphoses X, 1-77 Orpheus und Eurydike*

- 1 Inde per inmensum croceo velatus amictu  
 aethera digreditur Ciconumque Hymenaeus ad oras  
 tendit et Orphea nequiquam voce vocatur.  
 adfuit ille quidem, sed nec sollemnia verba
- 5 nec laetos vultus nec felix attulit omen.  
fax quoque, quam tenuit, lacrimoso stridula fumo  
 usque fuit nullosque invenit motibus ignes.  
 exitus auspicio gravior: nam nupta per herbas  
 dum nova naiadum turba comitata vagatur,
- 10 occidit in talum serpentis dente recepto.  
 quam satis ad superas postquam Rhodopei auras  
 deflevit vates, ne non temptaret et umbras,  
 ad Styga Taenaria est ausus descendere porta  
 perque leves populos simulacraque functa sepulcro
- 15 Persephonem adiit inamoenaque regna tenentem  
 umbrarum dominum pulsisque ad carmina nervis  
 sic ait: "o positi sub terra numina mundi,  
 in quem reccidimus, quicquid mortale creamur,  
 si licet et falsi positis ambagibus oris
- 20 vera loqui sinitis, non huc, ut opaca viderem  
Tartara, descendi, nec uti villosa colubris  
terna Medusaei vincirem guttura monstri:  
 causa viae est coniunx, in quam calcata venenum  
 vipera diffudit crescentesque abstulit annos.
- 25 posse pati volui nec me temptasse negabo:  
 vicit Amor. supera deus hic bene notus in ora est;  
 an sit et hic, dubito: sed et hic tamen auguror esse,  
 famaue si veteris non est mentita rapinae,  
 vos quoque iunxit Amor. per ego haec loca plena timoris,
- 30 per Chaos hoc ingens vastique silentia regni,  
Eurydices, oro, properata retexite fata.  
 omnia debemur vobis, paulumque morati  
 serius aut citius sedem properamus ad unam.  
 tendimus huc omnes, haec est domus ultima, vosque
- 35 humani generis longissima regna tenetis.  
 haec quoque, cum iustos matura peregerit annos,  
 iuris erit vestri: pro munere poscimus usum;  
 quodsi fata negant veniam pro coniuge, certum est

**1 croceus:** safrangelb, goldgelb · **velo:** verhüllen, bedecken · **amictus, -us m.:** Obergewand, Mantel · **2 Cicones, -um m. (Κίκωνες):** thrazisches Volk westlich von der Hebrusmündung · **Hymenaeus, -i m.:** Hochzeitsgott = Hymen · **3 Orpheus, -ei u. -eos m. (Ὀρφεύς):** Sohn des Apollo und der Kalliope, Ehemann der Eurydike, mythischer Sänger, Dichter; hier Adjektiv! · **4 sollemnis, -e:** feierlich; üblich · **6 fax, facis f.:** (Hochzeits-) Fackel · **lacrimosus:** tränenreich, tränenregend · **stridulus:** zischend · **7 motus, -us m.:** Bewegung · **8 auspicio, -i n.:** Vogelschau, Vorzeichen · **9 Naias, -adis f.:** Fluss-, Wassernymphe, Najade · **10 talus, -i m.:** Fußknöchel, Ferse · **11 superus:** oben befindlich, oberer · **Rhodopeius:** thrazisch · **12 vates, vatis m/f:** Seher · **13 Styx, Stygis f.:** Styx, Fluss oder Sumpf in der Unterwelt, bei dem die Götter den unverbrüchlichsten Eid schworen · **Taenarius:** spartanisch; unterirdisch · **14 levis:** leicht, hier: körperlos · **fungor, functus sum:** verrichten, verwalten; sepulcro fungi: ein Begräbnis erhalten · **15 Persephone, -es f. (Περσεφόνη):** Proserpina; Tod · **inamoenus:** unerfreulich, reizlos, traurig · **16 nervus, -i m.:** Sehne; Saite · **18 reccidere = re + cadere · quicquid mortale creamur:** wir alle, die wir sterblich sind/ wir, alles Sterbliche, was entsteht · **19 ambages, -um f.:** Irrweg, Täuschung, Umschweife · **20 opacus:** schattig, dunkel · **21 Tartara, -orum n. (ὁ Τάρταρος):** der Tartarus, Hölle; Unterwelt · **21 uti = ut · villosus:** zottig, rau · **coluber, -bri m.:** kleine Schlange · **22 terni:** je drei, dreifach; drei · **Medusa, -ae f. (Μέδουσα):** eine der drei Gorgonen, von Perseus enthauptet, **Medusaeum (Adj.) monstrem = Cerberus (Κέρβερος):** Sohn des Typhaon und der Echidna, dreiköpfiger Höllenhund · **guttur, -uris n.:** Gurgel, Kehle, Schlund; hier: Hals · **23 calco:** treten · **26 ora, -ae f.:** Küste; Gegend, Zone · **27 auguror:** wahrsagen; ahnen, vermuten · **28 mentior, mentitus sum:** (er-)lügen · **30 Chaos n. (Χάος):** Weltraum (vor der Schöpfung); Unterwelt; formlose Urmasse; Schöpfung · **31 Eurydice, -es f. (Εὐρυδίκη):** Eurydike, Gattin des Orpheus · **retexo, retexui, retextum:** rückgängig machen · **35 regnum, -i n.:** Königreich; (hier:) Herrschaft · **37 pro + Abl.:** anstatt

- nolle redire mihi: leto gaudete duorum."
- 40 Talia dicentem nervosque ad verba moventem  
exsanguis flebant animae; nec Tantalus undam  
captavit refugam, stupuitque Ixionis orbis,  
nec carpsere iecur volucres, urnisque vacarunt  
Belides, inque tuo sedisti, Sisypho, saxo.
- 45 tunc primum lacrimis victarum carmine fama est  
Eumenidum maduisse genas, nec regia coniunx  
sustinet oranti nec, qui regit ima, negare,  
Eurydicenque vocant: umbras erat illa recentes  
inter et incessit passu de vulnere tardo.
- 50 hanc simul et legem Rhodopeius accipit heros,  
ne flectat retro sua lumina, donec Avernas  
exierit valles; aut inrita dona futura.  
carpitur adclivis per muta silentia trames,  
arduus, obscurus, caligine densus opaca,
- 55 nec procul afuerunt telluris margine summae:  
hic, ne deficeret, metuens avidusque videndi  
flexit amans oculos, et protinus illa relapsa est,  
bracchiaque intendens prendique et prendere certans  
nil nisi cedentes infelix arripit auras.
- 60 iamque iterum moriens non est de coniuge quicquam  
questa suo (quid enim nisi se quereretur amatam?)  
supremumque "vale," quod iam vix auribus ille  
acciperet, dixit revolutaque rursus eodem est.
- Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,
- 65 quam tria qui timidus, medio portante catenas,  
colla canis vidit, quem non pavor ante reliquit,  
quam natura prior saxo per corpus oborto,  
quique in se crimen traxit voluitque videri  
Olenos esse nocens, tuque, o confisa figurae,
- 70 infelix Lethaea, tuae, iunctissima quondam  
pectora, nunc lapides, quos umida sustinet Ide.  
orantem frustra iterum transire volentem  
portitor arcuerat: septem tamen ille diebus  
squalidus in ripa Cereris sine munere sedit;
- 75 cura dolorque animi lacrimaeque alimenta fuere.  
esse deos Erebi crudeles questus, in altam  
se recipit Rhodopen pulsumque aquilonibus Haemum.

39 letum, -i n.: Tod

41 Tantalus, -i m.: Sohn Jupiters, König in Phrygien, Vater des Pelops und der Niobe. ·  
42 refugus: zurückfliehend, zurückweichend ·  
Ixion, -onis m. (Ἰξίων): König der Lapithen in Thessalien, Gemahl der Dia und Vater des Pirithous. · 43 iecur, iecoris n.: Leber; gemeint ist die Leber des Tityos, eines Riesen und Sohnes der Gaa. · urna, -ae f.: Krug · vaco: frei sein von ·  
44 Belides, -um f. (Βηλίδης): Danaiden, Enkelinnen des Belus · Sisyphus, -i m. (Σίσυφος): Sohn des Äolus und der Enarete · 46 Eumenides, -um f. (Εὐμενίδες): die gnädigen Göttinnen: euphemistische Bezeichnung der Furien in der Unterwelt · 47 sustineo, -ui: aushalten, ertragen, standhalten · 48 umbrae recentes: die Schatten jüngst Gestorbener · 51 lumen, -luminis n.: Licht; Auge · Avernus: avernisch; unterweltlich (am Avernersee befand sich der Sage nach ein Eingang zur Unterwelt) · 52 vallis, -is f.: Tal · inritus = irritus: ungültig · 53 adclivis = acclivis, -e: ansteigend, bergan gehend · trames, tramitis m.: Weg, Pfad · 54 caligo, caliginis f.: Finsternis; Nebel, Dunst · 55 procul: +Abl.: weit weg von, fern von · 56 deficio, defeci, defectum: zurückbleiben; erlahmen, ermatten · 57 protinus: unverzüglich, sofort · relabor, relapsus sum: zurückgleiten, zurückfallen · 58 prendo, prendi, presum = prehendo, prehendi, prehensum: fassen, ergreifen · 61 amatam: sc. esse · 63 revolveo, revolvi, revolutum: zurückrollen; P.: zurückfallen, zurückgeführt werden · eodem: sc.: loco

65 quam: wie · qui = is, qui · medio: sc.: collo · catena, -ae f.: Kette · 66 pavor, pavoris m.: Furcht, Angst, Schrecken · 67 oborior, obortus sum: sich erheben, zum Vorschein kommen, sich zeigen · 68 quique: sc. und ordne: et (quam) Olenos, qui ... · crimen, criminis n.: Anklage, Vorwurf, Verbrechen · 69 Olenos = Olenus, -i m. (Ὠλενος): Gemahl der Lethäa, mit der zusammen er in Stein verwandelt wurde · confido, confisus sum: sich verlassen/ vertrauen auf (+Dat.) · figura, -ae f.: Gestalt, Schönheit · 70 iunctissima...: sc.: eratis · 71 umidus: feucht, nass, quellenreich · Ide, -es = Ida, -ae f. (Ἴδη): waldreiches Gebirge in Phrygien und Troas, südöstlich von Troja · 73 portitor, -oris m.: Fährmann, gemeint ist hier Charon · 74 squalidus: schmutzig; in Trauerkleidung · Ceres, Cereris f.: griechisch Δημήτηρ, Göttin der Feldfrüchte, des Ackerbaus und des Landlebens; auch Göttin der Ehe · 76 Erebus, -i m. (Ἔρεβος): Gott der unterweltlichen Finsternis; finstere Unterwelt, Totenreich · 77 Rhodope, -es = Rhodopa, -ae f. (Ροδόπη): Hochgebirge im westlichen Thrakien · Haemus u. -os, -i m. (Αἴμος): Gebirge im Norden von Mazedonien und Thrakien (Balkan)